# Chronicon

## IN MEMORIAM.

*In memoriam P. Alberti Stara*
*Canonici Teplensis, Socii Commissionis Historicae Ordinis.*

Natur die 28ª dec. 1891 Pragae, ingressus est ordinem, Teplae anno 1910, studiis sacris incubuit Oeniponte, ubi die 30ª junii 1915 sacerdos ordinatus est. Dein fuit capellanus in Littitz, Landek, Auherzen et Dobrzan. Annis 1917 et 1918 munere eleemosynarii militaris functus est in Italia. Ex captivitate in patriam redux, factus est curatus in Hals, dein in Nurschan, ubi ad constructionem domus parochialis multum contulit. Postremo parochiali munere fungens per multos annos in Auherzen, Landek, Blattnitz et Tschihana, anno 1946 exulatus est in Germaniam.

Commoratus est ibi primo in canonia Windbergensi, dein in Saal et Riedenburg, et in monasterio Schönaugiensi. Definitive autem se stabilivit in curatia Oberköst, loco remoto in dioecesi Bambergensi, ubi gratam affectionem plebis adeptus, in morbum lethalem incidit. Bambergae in nosocomio, die 29ª septembris 1952 pie in Domino obdormivit, et in curatia sua Oberköst sepultus est.

P. Albertus Stara in ordine suo, quem ex corde dilexit, et extra, inter historicos erat notissimus. Collector praesertim materiae ad historiam ordinis elucidandam indefessus, multa vestigia et fontes absconditos, vel oblivioni datos detexit. Ipse haud paucos articulos in variis periodicis de historia ordinis conscripsit, et ad bibliographiam ordinis praesertim hisce in Analectis permultum semper contribuit. Magnam operam dedit in colligendas « sagas » abbatias ordinis tangentes, quas et publicavit. Restauratio canoniae Windbergensis anno 1923 zelo illius est attribuenda. Aedes enim huius canoniae cum in eo essent anno 1922, ut venumdarentur, a P. Alberto casu sunt visitatae. Qui statim adiit Rmum Dnum Abbatem Bernensem, insistens, hanc occasionem non esse praetermittendam, et revera abbas huic propositioni annuit.

Si R. P. Stara magis studiis suis praedilectis potuisset vacare, ac si diutius vixisset, multum fuisset sperandum pro historia ordinis.

R. I. P. N. B.

## JURIDICA.

*Conversi.*

De ratione vivendi Fratrum Conversorum in Ordine Praedicatorum scribit P. Ph. MULHERN, O. P. in *Supplément de la Vie Spirituelle* VI (1952) 302-318 : *Les Origines des Frères Convers dans l'Ordre de Saint Dominique.* Quaedam in hoc articulo leguntur quae institutum Fratrum Conversorum in Ordine nostro illustrare nata sunt. En, quae asserit P. Mulhern, *l. c.*, p. 314 s. : « Dominique et ses compagnons rédigèrent en 1216 les premières Constitutions dominicaines. Ces constitutions, ou coutumes, comme on les appelait, avaient pour base les constitutions des Prémontrés et parfois même les reproduisaient textuellement. Dans ces premières constitutions dominicaines, un court chapitre s'intitule : De Conversis. On n'y trouve rien, dans ses points principaux, qui ressemble à la législation norbertine. D'autre part, ce chapitre présente d'incontestables similitudes avec la législation cistercienne. Comme nous l'avons fait remarquer, les Cisterciens furent les premiers à établir une distinction absolue entre moines et frères lais en interdisant à ces derniers l'admission dans les rangs des moines. La législation dominicaine de 1216 établit la même loi pour les frères lais de l'Ordre. — De plus, la législation de Cîteaux interdisait aux frères l'usage des livres et la législation dominicaine contient la même interdiction... Prémontré avait adopté un certain nombre d'usages monastiques en honneur dans l'Ordre plus ancien. Mais en ce qui concerne cette distinction rigide entre frères lais et clercs, Prémontré n'avait pas suivi la ligne de Cîteaux. Parmi les premiers compagnons de Norbert, il y avait des laïcs aussi bien que des clercs et, dans les constitutions de Prémontré, on relève bien des passages se référant aux conversi. Cependant, il n'existe pas dans toute la législation de statut assignant aux frères lais une situation nettement définie où ils seraient tenus de demeurer ». J. B. V.

*Ordo Cistercii et Ordo noster.*

Anno 1942, Reverendissimus Turk detexerat textum Chartae Charitatis, ord. Cisterc., antiquiorem prae textu tunc noto. Textum hunc publicavit TURK in *Analecta Sacri Ordinis Cisterciensis,* I (1945), 52-56. In uno e manuscriptis in quibus Turk hunc textum detexerat, invenerat insuper *Consuetudines Cisterciensium,* et quidem juxta textum similiter antiquiorem textibus tunc notis. Consuetudines istae vero lacunas prae se ferebant. — Recenter vero J. LECLERCQ, O. S. B., in Bibliotheca Tridentina, nr. 1711, codicem saeculi duodecimi detexit ; qui codex continet redactionem fere completam Consuetudinum Cisterciensium sicuti et Usuum Conversorum. In hoc manuscripto describitur Ordo Missae Cisterciensium, et quidem quoad minuta. Manuscriptum vero lacunas patitur in hac parte. In

novem paginis porro hujus « Ordinis » quae prostant, confirmatur exsistentia « ordinis » cist. antiquioris prae ms.-typico (Dijon 114) ; qua ratione confirmantur ea quae scripsit B. LUYKX : Ant. Praem., XXII-XXIII (1946-1947) 56. In pluribus locis ms. Tridentinum, quod textum ordinis Cisterciensium continet, convenit non cum ms. Divionensi (Dijon) sed cum « ordine » praemonstratensi. Cfr de hac re J. LECLERCQ, *Une ancienne rédaction des coutumes cisterciennes* : Rev. d'Hist. ecclés., XVLII (1952) 172-176. J. B. V.

*Regula S. Augustini.*

Anno 1948 prodiit, Parisiis, apud Desclée, De Brouwer, t. III *Histoire de l'Eglise* Patris JACQUIN, O. P. Pagg. 913-918 optimus conspectus traditur eorum quae ultimis annis tractata et disputata fuerunt de « regula S. Augustini ». Notum est enim : « Les origines de la Règle dite de saint Augustin sont fort obscures et, aujourd'hui encore, les historiens sont loin d'être d'accord à son sujet ». Expositio Patris Jacquin ita concluditur : « En tout cas, qu'il ait eu ou non saint Augustin pour auteur, l'ensemble formé par la « Regula secunda » (Ordo monasterii, Disciplina monasterii), et ce que le R. P. Mandonnet appelle le Commentaire remonte très haut, a été utilisé de bonne heure, sous cette forme, par un saint Césaire, par un saint Benoît ; porte dans la tradition manuscrite le nom d'Augustin ; a été inséré comme tel dans le Codex Regularum de saint Benoît d'Aniane ; est devenu, toujours sous cette forme, la « Règle de saint Augustin », adoptée par les Chanoines réguliers, à la fin du XI[e] siècle (1089 à Saint-Jean-des-vignes), jusqu'à ce que le pape Gélase II ait permi de remplacer la première partie par des Constitutions mieux adaptées (1118) » (pp. 917 s.). J. B. V.

*Stemma.*

Dans les *Collectanea Ordinis Cisterciensium Reformatorum,* XIV, 1952, nous trouvons un article de Maur COCHERIL, O. C. R., *Sceaux et Blasons,* pp. 161-177. Nous y lisons, pag. 168 : « La différence essentielle entre les armoiries épiscopales et les armoiries abbatiales consiste dans la couleur du chapeau et les glands. Le chapeau à six houppes de chaque côté est considéré par tous comme l'insigne de la prélature ; il revient donc de droit aux abbés. Ceux-ci ne portent pas de costume prélatice de couleur, mais il doit être de la couleur de l'habit de l'Ordre. Certains abbés prémontrés ont timbré leurs armes d'un chapeau blanc, mais il est admis à peu près généralement qu'il doit être noir, même pour les prélats dont le costume de cérémonie est blanc ». J. B. V.

## LITURGICA.

Prodiit, jam in tertia editione, opus praeclarum P. JUNGMANN, S. J., *Missarum Solemnia,* apud bibliopolam Herder, Vindobonae. Comparando vero tertiam hanc editionem cum duabus editionibus praecedentibus, constat Auctorem attentissime legisse ea quae a nostris confratribus publicantur in materia liturgica. Articuli cfr. Lentze in *Analectis* nostris claro Prof. Jungmann ansam dederunt ut ritum Praemonstratensem saepius citaret in studio suo comparitivo originis variarum formarum in Liturgia occurentium. Praeterea cum in prioribus editionibus originem Ordinis Missae « romano-Francorum » uti aiunt, poneret « irgendwo in fränkisch-deutschen Raum », in tertia editione ita scribit : « Inzwischen hat sich ein junger flämischer Forscher, Bonifaz Luykx, O. Praem., aus studium der zahlreichen und weitverstreuten Handschriften begeben, und schon die erste Teilveröffentlichung seiner Ergebnisse hat entscheidende Momente beigebracht, die auf einen Ursprung im rheinischen Bereich hinweisen ». C. D.

*Haec est praeclarum vas.*

Deze gekende antiphoon, de Moedermaagd ter ere, vond, vooral in de Nederlanden, zeer vroeg een ruime verspreiding. In de laatste helft van de 15[e] of in de 16[e] eeuw begon men die Antiphoon op verschillende plaatsen tegen de pest te zingen. Dit was, o. a., het geval met de Norbertinessen van het Sint-Catharinendal te Breda, en wel misschien reeds vanaf het laatste kwartaal van de vijftiende eeuw. Aldus L. HEERE, O. S. C., in *Ons Geestelijk Erf,* XXVI, 1952, blz. 108. J. B. V.

## HAGIOGRAPHICA.

*S. Gilbertus.*

M. l'Archiprêtre, Léon COTE, a publié chez l'éditeur Crépin-Blond, à Moulins, dans la série « Le Livre régional », une petite plaquette portant comme titre : *Un chevalier qui se fit moine. Saint Gilbert, abbé de Neuffonts* († 1152). La « Vita » de Saint Gilbert, comme on la trouve chez Le Paige, Bibl. Praemonstr. est reprise et exposée d'une façon simple aux chrétiens de la région, pour les amener à suivre les exemples d'abnégation que le Saint montrait dans le service de Dieu. Trois appendices suivent l'exposé de la « Vita ». Dans un premier appendice l'Ordre de Prémontré est présenté ; un second appendice donne la nomenclature des abbés de Neuffonts. Un troisième appendice parle de l'ouverture de la châsse du Saint en 1779. La plaquette compte 55 pages.

J. B. V.

*B. Ludovicus de Arnstein.*

Prodiit, anno 1952 finiente, T. IX operis *Vie des Saints et des Bienheureux selon l'Ordre du Calendrier avec l'Histoire des Fêtes.* Parisiis, Letouzey et Ané, pag. 1054. Tractatur mensis Octobris in hoc volumine. Inter Sanctos et Beatos diei 25 Octobris, pag. 854 s., vita B. Ludovici de Arnstein, O. Praem. succincte sed clare exponitur ; brevisque bibliographia additur. J. B. V.

## MONASTERIOLOGIA.

Dans le Franche-Comté, en France, les monastères furent très nombreux au cours de l'histoire. Sous le titre *Sequania Monastica,* M. Jules DE TREVILLERS a édité en 1952, éd. de l'auteur à Vesoul, une Monastériologie de cette région. Il s'agit d'un *Dictionnaire des Abbayes, Prieurés, Couvents, Collèges et Hôpitaux conventuels de Franche-Comté et du Diocèse de Besançon antérieurs à 1790.* Pp. 241. Après un aperçu historique de 40 pages, suivent sur chaque maison religieuse des notices par ordre alphabétique. Cette notice retrace brièvement l'histoire de chaque maison ; dans la bibliographie adjointe à chaque notice, l'auteur n'omet pas de signaler les Archives connues de la maison, ainsi que le lieu et la côte de leur conservation. Comme maisons prémontrées, sont nommées et traitées : *Battrans,* prieuré fondée par l'abbaye de Corneux (p. 53) ; *Bellelay* (p. 57) ; *Broing* (Saint-) : Abbaye de *Corneux* (p. 75 ; 216) ; *Grandgourt,* prieuré acquis par Bellelay, en 1180 (p. 119) ; *Gray* (hospice de Corneux) (p. 124) ; *Vaux-le-Moncelot,* monastère de moniales, sous la dépendance de Corneux (p. 205) ; *Voujeaucourt* : abbaye de *Belchamp* (Bellus Campus) (p. 213). J. B. V.

## SCRIPTORES ANTIQUI.

*Anselmus de Havelberg.*

Notum est Anselmum de Havelberg anno 1135-1136 commoratum esse in civitate Constantinopolitana, qua legatum Imperatoris Lotharii II. Unionem inter Ecclesiam Orientalem et Occidentalem promovere debuit. Ad hunc finem celebre colloquium habuit cum Niceta, patriarcha Nicomediensi. Contentum hujus colloquii, jubente S. P. Eugenio III, postea descriptum fuit ab ipso Anselmo. Continetur hoc scriptum in *Dialogis* Anselmi (Migne, Patr. Lat., t. 188). In articulo : *Ein Religionsgesprach aus dem 12. Jahrhunderts* : Zeits. für kath. Theologie LXXIII (1951) 465-482, J. BEUMER, S. J., colloquium illud considerat sub respectu suo externo, formali, quatenus exemplar constituit colloquii religiosi, unionistici uti aiunt, recte instituti.

Colloquium inter duos Antistites ductum est, interveniente tertia persona, qui expositiones Antistitum in aliam linguam vertere debebat. Anselmus a Niceta laudatur ob ejus mentem sinceram ac pacis amatorem. Punctum dogmaticum potissimum consideratum erat processio Spiritus Sancti. Arguit Anselmus e Scriptura Sacra, conjuncta cum Traditione Catholica. Argumentatio ejus vere solida dici debet. Et plenam considerationem meretur, ubi agitur in specie de recta methodo theologiae catholicae. Patet vero fundamentum discordiae inter Anselmum et Nicetam quaerendum esse in diverso conceptu rectae evolutionis dogmaticae in Ecclesia.

Alterum colloquium habebatur paulo post. Tunc potius actum est de quaestionibus disciplinaribus et de Primatu Summi Pontificis. Fuse disputatum est de usu panis fermentati aut azymi in Sacrificio Missae. Sub hoc respectu Anselmus nondum pervenit ad ideas largiores quae in hac re sub respectu dogmatico jamdiu vigent. Censet enim Anselmus quaestionem hanc dogmatice non esse liberam, ita ut Ecclesia Orientalis, etiam in ritu suo liturgico, sese Ecclesiae Occidentali Romanae aggregare deberet.

De caelibatu cleri in colloquiis illis non videtur actum fuisse. Et quamvis appareat distinctionem inter doctrinam fidei stricte dictae et usus canonico-liturgicos nondum clare perspectam fuisse, historice patet legationem Anselmi fructum hunc obtinuisse ut, durantibus saltem illis annis, conamina sincera facta sint ut relate ad puncta dissensionis distingueretur inter ea quae uti essentialia et ea quae uti mere accidentalia et secundaria haberi debent.

Anno 1154, Anselmus rursus in civitatem Constantinopolitanam missus est a Summo Pontifice ; et ea occasione colloquium theologicum habuit cum Basilio de Archrida, metropolita Thessalonicensi.

(P. Beumer utiliter consulere et citare potuisset articulum M. VAN LEE, *Les idées d'Anselme de Havelberg sur le Développement des Dogmes* : An. Praem. XIV (1938), pp. 5-35). J. B. V.

### *Philippus de Harvengt.*

In theologia jam inde a saeculis constat num et qua ratione Christus mortem libere assumpserit et sustinuerit. Medio Aevo vero incipiente, quaestionem illam fuse tractare solebant theologi et non facile ad claritatem desideratam perveniebant. Uti, plurimis documentis adhibens, Exc. Dom. A. M. LANDGRAF ostendit in articulo : *Die Sterblichkeit Christi nach der Lehre der Frühscholastik* : Zeits. f. kath. Theol. LXXIII (1951) 257-312. Quaestioni illi theologicae jam Zacharias noster Chrysopolitanus breve responsum notavit in suo opere : *In Unum ex quatuor*, notando Christum voluntarie nostram naturam assumpsisse. Fuse vero quaestio tangitur in epistolis Philippi de Harvengt (cfr. art. Landgraf, *l. c.*, pp. 279-284 ; 287-290). Exordium expositionis desumit Philippus a nota doctrina nonnihil ambigua S. Hilarii hac in re, ut deinde exponat Verbum Incarnatum ex una parte mortale, ex altera parte immortale dici debere. Mortem

elegit, ut nos a peccato liberaret. Ita accedit Philippus ad expositionis rationem quae in Summa Sententiarum deprehenditur. — Philippus ulterius in libertatem electionis mortis e parte Christi inquirit. Natura Christi libere mortem eligens, ita Philippus, est natura humana Salvatoris, quatenus cum Verbo conjuncta consideratur. Eadem ratione ac celeber auctor Petrus Cantor quaerit utrum voluntarium quod in Christi morte inest, adscribi debeat voluntati presse divinae aut presse humanae Salvatoris. Ac respondet duplici voluntati, unitae vi Unionis Hypostaticae, illud tribuendum esse. J. B. V.

*Richardus a Wedinghausen — Zacharias Chrysopolitanus.*

Au Portugal autrefois existait une abbaye très florissante, de l'Ordre Cistercien, portant le nom d'Alcobaça. L'abbaye possédait une bibliothèque considérable. Les moines de l'abbaye furent chassés en 1833 ; beaucoup de manuscrits de l'abbaye furent sauvés et sont conservés actuellement à la Bibliothèque nationale de Lisbonne, où ils constituent un fonds spécial. Parmi les manuscrits conservés une trentaine datent du XII$^{e}$ siècle, plus de 220 du XIII$^{e}$, environ 80 du XIV$^{e}$, 50 du XV$^{e}$. Un catalogue particulier *Inventario dos Codices Alcobacenses* a été publié en 1930-1932 à Lisbonne par le Dr. A. F. D. Ataide E Melo en cinq fascicules in-8° formant un tout de 428 pages. Le R. P. Cam. HONTOIR, O. C. R., donne dans les *Collectanea Ordinis Cisterciensium Reformatorum* XIV (1952) pp. 284-292 un aperçu de cet inventaire. Parmi les anciens manuscrits de ce fonds Alcobacense figurent les œuvres de Zacharie de Besançon et de Richard le Prémontré (ib., p. 288 s.). J. B. V.

## CANONIARUM VITA.

*Averbodium.*

Cum anno 1952 celebraretur annus anniversarius septuagesimus quintus a die qua Confraternitas (postea Archiconfraternitas) Dominae a Sacratissimo Corde in ecclesia Averbodiensi canonice approbata fuerat, hoc anno 1952 Averbodii habebantur *Dies Mariales*. Subjectum generale tractationum harum Dierum statutum erat : Beata Virgo in relatione cum SS. Eucharistia et Sacratissimo Corde Jesu. Cultus Deiparae sub speciali titulo : Domina a Sacratissimo Corde peculiari modo, uti decebat, sub lumine principiorum sanae theologiae, exponebatur. J. B. V.

Dans un article intitulé *Le caveau ducal de la collégiale Sainte-Gudule à Bruxelles : Arch. Biblioth. et Musées de Belgique,* XXII (1951) 153-170, Pl. LEFÈVRE publie une série de documents relatifs aux inhumations faites à Sainte-Gudule de Bruxelles, dans un caveau creusé devant le maître-autel en 1312. J. B. V.

Ineunte anno 1953, edidit, apud Altiora, Averbode, R. MAES, professor in Collegio S. Michaelis de Brasschaat, novum opusculum in serie « Antiek Leven ». Opusculum istud hunc titulum habet : *Opvoeding en Onderwijs in het oude Rome.* 78 paginis constat.

J. B. V.

*Berna.*

G. VAN DER VELDEN geeft, onder de titel *Bijbel en Liturgie,* in *Tijdschrift voor Liturgie,* XXXVII (1953) 15-15, enkele beschouwingen waarin de aandacht wordt getrokken op het licht dat uit de wijze waarop teksten uit de H. Schrift in liturgische boeken worden aangehaald kan worden geput om, volgens Schrijver, de ware zin van de Bijbelteksten te achterhalen. J. B. V.

*Gödöllö.*

Dr. Astrik L. GABRIEL, Socius Comm. Historicae Ordinis nostri, qui inde ab anno 1946, Professor erat in Instituto Medii Aevi in Universitate Notre Dame (U. S. A.), nominatus fuit ineunte mense Novembri 1952, Director ejusdem Instituti Universitatis Notre Dame. Director Assistens est Rev. P. Jos. Garvin, C. S. C. J. B. V.

Cfr. Prof. Astrik GABRIEL qui, jam anno 1944 in civitate Budapestina publicaverat expositionem biographicam S. Margaretae Hungaricae in lingua gallica et germanica, anno 1951 de eadem Sancta, canonizata anno 1943, scribit in periodico *Cross and Crown,* III, 1951, pagg. 298-309, sub titulo *The Spirituality of St. Margaret of Hungary.* Summarie exponit ibidem doctus confrater vitam Sanctae, venerationem qua fideles Ipsam prosequebantur decurrentibus annis, et rationem qua, sub directione Patrum potissimum Praedicatorum, vitam vere Deo devotam in terris transegit. J. B. V.

*Grimberga.*

Deel XIV van de zesde druk der *Winkler Prins Encyclopedie* (Uitg. : Elsevier, Amsterdam-Brussel) verscheen in 1952. Cfr. N. WEYNS stelde voor deze druk de artikels op : *Norbertus* (blz. 603) ; *Norbertijnen* (blz. 603) ; *Norbertinessen* (blz. 603 v.). Bondig, doch klaar wordt het essentiële van hetgeen over die onderwerpen in een Encyclopedie nuttig kan gezegd worden uiteengezet. Een passende bibliographie wordt er aan toegevoegd. J. B. V.

*Postula.*

S. SCHOLL publiceert in *De Gids op Maatschappelijk Gebied,* XLIII, 1952, 767-817, een zeer interessante *Bijdrage tot de Geschie-*

*denis der Katholieke Arbeidersbeweging in Vlaanderen. De West-Vlaamse School.* Vooral de opvattingen en de werking van Deken Dr. De Gryse en van Z. E. H. Lauwers worden er treffend in behandeld.

J. B. V.

*Tepla.*

Im Rahmen des 8. Nordgautages in Amberg (Opf.) hielt am 14.6.1952 Dr. Martin FITZTHUM O. Praem. einen Vortrag über *Stift Tepl und das Egerland,* wobei besonders die kolonisatorische Leistung des Klosters aufgezeigt wurde (« Marienbader Heimatbrief », Sept.-Okt. 1952). — In der Kunstzeitschrift *Der Erdkreis* (Echter-Verlag, Würzburg) 7, 1951, p. 253 veröffentlichte derselbe Verfasser einen Artikel über die Prämonstratenser mit drei Bildern.

A. H.

*Tongerloa.*

Die 13 Aprilis, morte subitanea correptus, pie in Domino obiit Reverendissimus Abbas Tongerloensis, Aemilius STALMANS. Natus die 20 Martii 1898, vestitus erat in abbatia Tongerloensi, die 15 Octobris 1916 ; professus die 16 Octobris 1918 ; ordinatus sacerdos, die 8 Septembris 1922. Sacrae Theologiae Doctor, die 31 Octobris 1923. Abbas electus, die 31 Martii 1937. Erat Vicarius Illustrissimi Domini Generalis in Circaria Brabantiae inde ab anno 1947 et Pater-Abbas Abbatiae Leffiensis ; Abbas-Fundator prioratus in Kilnacrott S. Bernardi de Lacolle et Storrington. Erat insuper Pater-Abbas Asceterii Monialium Ordinis nostri in Oosterhout et in Neerpelt.

Die vero 27 Maii hujus anni, in abbatem Tongerloensis electus fuit Judocus BOEL, inde a die 5 Augusti 1949 Prior Canoniae Tongerloesis. Natus die 2 Februarii 1919 ; vestitus fuit die 15 Septembris 1938 ; professus die 15 Septembris 1940 ; sacerdos ordinatus die 25 Julii 1944. Abbas benedictus, die 30 Junii 1953.

Die 26 Maii 1953, Episcopus titularis Mariammitanus consecratus est Excell. et Reverend. Desiderius RAEYMAEKERS, canonicus Tongerloensis, Vicarius Apostolicus de Buta. Natus die 21 Januarii 1899, vestitus in abbatia Tongerloensi, die 16 Octobris 1918, professionem emisit die 30 Septembris 1920, ad sacerdotium evectus die 1 Novembris 1924. Inde ab ineunte anno 1926, adierat missionem in Congo Belgico.

J. B. V.

Van de hand van Ant. VAN CLE, hoofdproost van Sporta, verscheen in 1951, een werkje, 48 blz. tellend, *Sport en Spel in de Opvoeding.* De algemene, christelijke, beginselen omtrent de opvoeding, en hun toepassing op spel en sport worden erin uiteengezet.

J. B. V.

In het *Tijdschrift voor Liturgie,* XXXVII (1953) 115-122, geeft L. VAN DIJCK, Jur. Can. Dr., een bondig overzicht van de schikkingen van de Pauselijke Constitutie « Christus Dominus », waarin het jejunium eucharisticum op enigzins nieuwe wijze wordt geregeld.
J. B. V.

Die 23 Martii, hujus anni 1953, R. D. Milo KOYEN, administrator hujus periodici, et membrum Commissionis Historicae Ordinis, in Universitate Lovaniensi renuntiatus est Doctor Scientiarum Historicarum, post defensionem dissertationis ad hunc finem conscriptae, cui titulus : *De Prae-gregoriaanse Hervorming te Kamerijk* (1012-1076). J. B. V.

*Windberga.*

N. BACKMUND, de l'abbaye de Windberg, publie dans la *Revue Histoire ecclés. de Suisse,* t. XLVI, 1952, pp. 181-203 ; 241-256, des *Notes de voyage d'un Religieux Prémontré. Couvents de la Suisse alémanique à la fin du XVIII*e *siècle.* L'auteur publie ici, après une brève introduction, des extraits d'un manuscrit, que possédait feu Rich. Boschmans, de l'abbaye d'Averbode ; l'auteur de cet écrit est un religieux de l'abbaye de Beauport, en Bretagne. Refusant de prêter le serment au temps de la Révolution française, il dut émigrer. Il raconte dans cet écrit la façon peu flatteuse de laquelle il fut reçu, ou plutôt pas reçu dans les couvents de son ordre en Suisse. J. B. V.

## HISTORICA.

*S. Bernardus et Ordo noster.*

In *Revue Mabillon,* XLII (1952) 69-78, A. DIMIER, O. C. R., scribit de *Saint Bernard et le recrutement de Clairvaux.* Hac occasione non omittit casum Praemonstratensium Roberti, ex abbatia Bonae Spei, et Fromondi, abbatiae ignotae, qui, non obstante conventione inita anno 1142 inter Ordines Praemonstratensem et Cisterciensem, a S. Bernardo admissi fuerunt in abbatia Claraevallensi. Hi duo remanserunt Cistercienses ; S. Bernardus suam agendi rationem defendit, provocando ad approbationem Summi Pontificis et ad declarationes factas ab iis qui ad Ordinem Cisterciensium transierant (*l. c.,* pag. 70 s.). J. B. V.

*Eremitae.*

Historia eremitarum et reclusorum (reclusarum) hucusque satis obscura manet. Compendium optime confectum recenter publicatum

est in art. *Ermites : Dict. de Droit Canonique*, fasc. XXVI (1951), auctore P. DOYERE, coll. 412-429. Eremitae per integram Ecclesiae historiam extitisse videntur. Pertinebant ad Ordinem religiosum quendam determinatum, aut modo minus stricto Ordini cuidam affiliati erant. De eremitis aut reclusis ad Ordinem nostrum pertinentibus aut Ordini nostro conjunctis auctor Doyère non loquitur. In Ordine nostro vero tales eremitas extitisse videtur omnino admittendum. Ita, v. gr., abbas Johannes GREEN, abbas in Leyston, qui, juxta BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, vol. II, p. 86, anno 1531 resignavit, testante A. DICKENS, *The Register or Chronicle of Butley Priory, Suffolk, 1510-1535*, Winchester, The Wykeham Press, 1951, vitam eremiticam cepit ducere, munere abbatiali dimisso.

J. B. V.

*Alba Curia (Abbecourt).*

Abbatia Praemonstratensis Alba Curiensis sita est in pago cui nomen : Orgival. Hujus pagi anno 1951 historiam descripsit M. H. GRISET, *Histoire d'Orgeval*, Orgeval, pp. 331. Magna pars libri reservatur historiae abbatiae Ordinis nostri in hoc pago sitae.

J. B. V.

*Averbodium.*

Abbas Gerardus Van der Schaeft, qui abbatiam Averbodiensem, rexit annis 1501-1532, inter maximos Abbates Abbatiae suae merito celebratur. Ex notitiis relatis in *Ons Geestelijk Erf*, XXVI (1952) p. 292, comperimus ipsum Van der Schaeft et in religiosos aliorum Ordinem operositatem suam exercuisse. Ineunte saeculo decimo sexto Petrus DOORLANT erat monachus Carthusianus in Zeelhem (prope Diest) ; plurima composuit et edidit, spectantia ad historiam sui Ordinis, ad vitam asceticam et mysticam (cfr. art. *Dorland*, in *Dict. Théol. cath.*, vol. IV, col. 1782-1785). Ex epistolis D. LOER VAN STRATUM, O. Carth. ad abbatem Gerardi van der Stappen, abbatiae Sancti Laurentii Loediensis, constat Doorlant ad scribenda sua opera adductum et adjutum fuisse a Gerardo Van der Schaeft. « Dorlandum enim olim ad schribendum excitavit Averbodiensis ille Antistes ». Vide periodicum *Ons Geestelijk Erf, l. c.*, pag. 292.

J. B. V.

*Clarus Fons.*

Ch. DEREINE in fasc. LXXI *Dict. d'Histoire et de Géographie Ecclés.* (1952) col. 1041-1044 historiam abbatiae Clari Fontis summarie exponit. Addit catalogum Abbatum, indicat locum in quo Archivia adhuc exstantia serventur, aptamque bibliographiam adjungit.

J. B. V.

*Grimberga.*

D. J. DELESTRE publiceert in *Eigen Schoon en de Brabander,* XXXV (1952) 386-388, een *Koeienhistorie te Grimbergen in 1606.* Volgens een nota van Niklaas Quisthout, rentmeester van de abdij van Grimbergen († 1613) van af 1597. Die nota wordt bewaard in het Abdijarchief Grimbergen, Cl. II, fasc. 7, fol. 176.

J. B. V.

*Sancta Maria de Charitate.*

De historia Ordinis nostri in Hispania hucusque non multa nobis comperta sunt. Consulendo v. gr., VAN WAEFELGHEM, *Répertoire...,* 1930, pag. 259, nr. 579, *Sainte-Marie de la Charité,* apparet ipsi admodum pauca ex historia hujus domus nota esse. In fasc. LXXI vero *Dict. d'Histoire et de Géographie Ecclésiastique,* ad vocem *Ciudad Rodrigo,* in qua civitate abbatia Sanctae Mariae de Charitate sita erat, auctore F. PEREZ, O. S. B., col. 1018-1020, historia abbatiae hujus, licet summario modo, multo penitius adumbratur. Additur praeterea litteratura selecta de eadem abbatia agens. Catalogus (incompletus) abbatum refertur. Canonici praeclariores ad hanc abbatiam pertinentes enumerantur. Juvat addere col. 1019 s. sermonem fieri de Joanne GOMEZ CASASOLA (cfr. GOOVAERTS, *Ecrivains, Artistes et Savants de l'Ordre de Prémontré,* vol. I, 1899, p. 319). Inter scripta Gomez Casasola, non citata a Goovaerts, indicat Dom Perez, *Historiam Ciudad Rodrigo* deperditam et *Vitam S. Norberti,* editam in Ciudad Rodrigo, anno 1639 (Vita ista non refertur in Goovaerts, *l. c.,* vol. IV, p. 373). J. B. V.

*S. Michael Antverpiensis.*

Faisant suite à la demande du Conseil communal de Wilrijck (près d'Anvers), M. le Chanoine Prims a écrit une histoire de cette localité : *Geschiedenis van Wilrijk.* Edit. du Conseil communal, Wilrijk, 1952, 410 pp. L'érudit Chanoine Prims traite les aspects variés de l'histoire de cette commune. dès son origine jusqu'en 1950. A maintes reprises, il y est question de l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers. L'auteur nous donne des notes très intéressantes au sujet de la dite abbaye, soulignant son activité économique à Wilrijk, où depuis 1146, elle possédait des terres. En 1640, le prélat Van der Sterre faisait dresser un nouveau terrier, conservé jusqu'à ces jours. Wilrijck en prend pour son compte 15 fermes comprenant 642 Ha., soit à peu près le tiers de son territoire à cette époque-là. Relevons dans le livre du chan. Prims les cartes des 15 fermes (pp. 223-238) et le résumé consacré au « Leenhof en Leenboek van St. Michiels » (pp. 76-80). A. C.

*Ninovia.*

Uit het artikel van Dr. J. LINDEMANS, *Toponymie van Borchtlombeek*, in *Eigen Schoon en de Brabander*, XXXV (1952) blz. 354, vernemen we dat een grote stoot tot de ontginning van woeste gronden in Borchtlombeek (arr. Brussel) werd gegeven door de abdij Ninove die, in 1162, in 't bezit gekomen was van de Vrije Eigendom van Kattem en er een groot landbouwbedrijf, het Hof van Kattem, oprichtte. J. B. V.

*Parcum.*

Cardinalis Nicolaus Cusanus anno 1450, nominatus est a S. P. Nicolao V Legatus Pontificius in Germania, Bohemia et regionibus adjacentibus. Ineunte anno 1452, Lovanii commoratus est Cardinalis. Postea Andernaci (Andernach) fuit. « C'est d'ici, le 11 mars, qu'à la demande du chapitre de Saint-Pierre, il invite l'abbé de Parc à faire réparer l'église de Jodoigne par les habitants de cette localité, qui refusaient de donner satisfaction aux chanoines ». Litterae ipsae Legati Pontificii deperditae sunt ; sed transscriptae sunt in documento diei 29 Aprilis quo abbas Parcensis delinquentes ad se vocat (Arch. Gen. Brux., arch eccles., 1279, nr. 1086) (cfr. J. PACQUET, *Rev. d'Hist. ecclés.*, XLVII (1952) 200). J. B. V.

*Sayn.*

Apud Verlag Joh. Schwenkmezger, Bendorf, Fr. Hermann KEMP anno 1952 edidit *Die Prämonstratenser-Abtei Sayn* (82 pp. ; 22 illustr.). Quamvis in hoc libro non agatur de monographia undequaque exculta historiae canoniae Saynensis, dici debet auctorem in hoc libello, notis plurimis referto, conspectum fidelem et satis profundum exhibere historiae Canoniae illius. Praemissis nonnullis generalibus considerationibus de Ordine Praemonstratensi, fundatio abbatiae narratur, ejusque perduratio usque ad suppressionem anno 1803. Sermo fit deinde de aedificiis Abbatiae, de peregrinationibus ad ecclesiam monasterii, in qua brachia Apostoli Simonis et S. Elisabeth venerationi fidelium proponuntur. Agit deinde de conditione juridica ac de statu economico domus. In fine negotia stricte religiosa Confratrum Saynensium paucis indicantur conclusionemque apponit in qua desiderium fidelium regionis exprimitur ut Praemonstratenses aedificia abbatiae iterum occupare velint.

J. B. V.

## ARTES.

*Averbodium.*

La collégiale d'Aerschot possède des stalles de chœur remarquables. J. STEPPE et F. VAN MOLLE analysent ces stalles dans le *Bulletin de la Commission royale des monuments et des sites,* t. II, 1950, sous le titre : *De koorbanken van de Onze Lieve Vrouwkerk te Aarschot. Een bijdrage tot de studie van de laat-gothische koorbanken in Brabant.* Ib. : pp. 197-250. Les auteurs proposent de comparer ces stalles avec celles, aujourd'hui détruites, de l'église Saint-Pierre d'Oirschot, en Hollande. Les caractères de style et de facture militent en faveur d'un seul atelier. Or l'auteur des stalles hollandaises est connu : il s'agit de J. Borchmans d'Eyndhoven qui y travaillait en 1508. Ce sculpteur fut ensuite au service de l'abbaye d'Averbode pour laquelle il exécuta des stalles entre 1510 et 1513. Les stalles d'Aerschot proviendraient-elles d'Averbode ou, mieux sans doute, sont-elles les seules subsistantes des trois séries que Jan Borchmans exécuta au début du XVIe siècle ? (D'après la *Rev. d'Hist. Ecclés.,* XLVII (1952) 334). J. B. V.

*Circaria Brabantica.*

We hebben reeds bij een andere gelegenheid de zo rijke bijdragen aangehaald van Dr. C. LEURS, *De Vorstelijke Heuvel van Koudenberg,* in *Eigen Schoon en de Brabander,* XXXV, 1952, blz. 308-324. We komen er op terug ; daar op die « Berg » van de oude stad Brussel, meerdere onzer Abdijen een « refugehuis » hadden. Leurs tekent het bestaan van deze huizen aan en geeft er een bondige beschrijving van. Zo lezen we op bl. 310 : « Op de hoek van de huidige bibliotheekgang bevindt zich afgezonderd een hotel ; evenals het naburig pand op de hoek van het Koningplein, gebouwd door de abdij van *Grimbergen,* dit echter met de bedoeling om tot refuge te dienen. Het is thans bekend onder de naam van hotel Errera, naar de bekende Mecenas-familie van Joodse-Portugese afkomst, die het laatste in eigendom had. Van buiten is het gebouw heel sober : de hoeken zijn met rustica onderlijnd en de drie middelste traveën van de tuingevel (de zijgevel ten overstaan van de Koningstraat) vormen een resaliet met frontoen. Van binnen vertoont het gebouw mooie binnenarchitectuur in Louis XVI-stijl ». — Ook Averbode en Park hadden aldaar hun refugehuizen. « Van de voorbouwen aan de Warandeberg hoorden dit ten Zuiden bij de refuge door de abdij Averbode opgetrokken, dit ten Noorden bij de refuge der abdij Park. De gevel der refuge van Averbode in de Kanselarijstraat was in dezelfde eenvoudige bouwtrant opgetrokken als de gevels langs de Koningstraat. Zijn tegenhanger, deze van de refuge van Park, had een voorpleintje dat was afgesloten

langs de straat door een muur, waarin een poortgebouw met frontoen » (blz. 311). Dr. Leurs noteert verder nog : « Willem I had besloten op staatskosten een kroonprinselijk paleis te Brussel op te richten, het huidige paleis der Akademiën. Dit werd in 1823-1826 opgericht, op de plaats van het paviljoen der abdij van Park, ten einde de Hertogstraat, volgens plannen van Karel van der Straeten » (blz. 317). J. B. V.

*Dünnwald.*

In pago Dünnwald, non longe a civitate Coloniensi, olim erat monasterium monialium Praemonstratensium. Ecclesia constructa fuit saeculo decimo quarto. Huic ecclesiae primitivae postea aliae partes adjunctae fuerunt. Sacristia similiter servata est. Haec autem sacristia ornata est picturis pulcherrimis. Tectum ulterius hujus sacristiae ita confectum dicitur ut merito celebrari debeat inter constructiones quam optime confectas in hoc genere. Ita Dr. H. LINNERZ in *Kölnische Rundschau*, nr. 17, 21 Jan. 1953. J. B. V.

*Ecclesiarum ornatus.*

De *glasschilderkunst* heeft sinds vele eeuwen in België kunstwerken van hoogstaande aard voortgebracht. Dit blijkt duidelijk uit het tweedelig werk door Dr. J. HELBIG in 1943-1951 gewijd aan *De Glasschilderkunst in België. Repertorium en Documenten*, Antwerpen, De Sikkel. Bij het doorlezen van dit werk viel ons op hoezeer die kunst ook in de kerken onzer Orde verspreid was en hoe anderzijds onder onze Orde vele Mecaenas voorkwamen ten gunste van kunstwerken elders uitgevoerd.

In Deel I lezen we dat de kunstenaar Jan DE CAUMONT, tijdens de zeventiende eeuw, een zekere vermaardheid verkreeg door zijn werk in de abdij van Park (glasraam thans op het kasteel de Pallandt). — Te Antwerpen, in de Kathedraal, is er in het hoofdportaal een glasraam (eerste helft, zestiende eeuw), waarvan Ambrosius v. Engelen, abt van Park, de schenker is (blz. 35). — In dezelfde kathedraal werd aan de S. Sacramentskapel, samen met bisschop v. d. Eede, door Herm. Jos. v. d. Poorten, abt van Sint-Michiels in 1677 een raam geschonken (blz. 67). — In de Sint-Andrieskerk, te Antwerpen, werd in 1553 een raam geplaatst geschonken door Greg. Davis, abt van Sint-Michiels (blz. 70). — In de kerk van de Sint-Michielsabdij bevonden zich acht kleurramen, daterend uit de zestiende en zeventiende eeuw ; een daarvan werd geschonken door abt P. Breem (blz. 71). — In het koor van het Norbertinessenklooster te Antwerpen stonden er ramen (midden zeventiende eeuw) die het leven van S. Norbertus voorstelden. Twee daarvan waren geschonken door de Abt van Park en van Sint-Michiels. — Te Averbode bevonden zich meerdere kleurramen uit de vijftiende eeuw,

geschonken door de abten Arnold en Bartholomeus de Valgaet (blz. 77). — In de Refugekapel der abdij van Park te Brussel stond een kleurraam van de zestiende eeuw (blz. 92). — In de verzameling Moens, te Brussel (afkomstig van de Abdij van Park), bevindt zich een raam, geschonken door Abt Maes, waarop de H. Mis staat afgebeeld met het wapenschild van R. D. Daniel, abt van Park, overleden in 1190). In de verzameling Licot, is er insgelijks een gekleurde raam, afkomstig uit Park, van de zeventiende eeuw (blz. 94-95). — Te Diest, in de linkerzijbeuk van de Sint-Sulpiciuskerk, is er een raam, daterend van de eerste helft der zestiende eeuw, geschonken door A. Streyters, abt van Tongerlo (blz. 106). — Te Gent, werd aan de kreusbeuk van de Sint-Maartenskerk een kleurraam geschonken door de abt van Drongen (in 1620) (blz. 118). — Te Grimbergen werden, door de zorgen van Prelaat Outers, in de abdij kleurramen geplaatst, het leven voorstellend van de H. Maagd, de H. Norbertus en de H. Benedictus (blz. 123). — Te Hasselt werd aan de « Eerste Kerk », in 1707, een kleurraam geschonken, waarop wapenschild van schenker. Deze is : Reverendus admodum Dominus Jacobus Eyben, Canonicus Regularis Sancti Norberti Averbodensis pastor in Suetendael (blz. 125). — Te Hoogstraten prijkten in de kerk meer dan een gekleurde raam, geschonken door abten van Sint-Michiels. In 1539, een geschonken door Abt van Thienen. Zijn portret en wapenschild stonden op het raam afgebeeld. Een ander raam stond in de kruisbeuk, geschonken door de abdij van Sint-Michiels in 1548. Het raam droeg portretten van Andries v. Achterreyt, abt ; van Greg. de Hagis, dienstdoende abt. Op de achtergrond de abdij (blz. 132). — Te Laken, in de Sacristij, een kleurraam, uit de zeventiende eeuw, samen met bisschop Bassery van Brugge, geschonken door J. Bassery, abt v. Grimbergen, H. Huys, abt van Diligem, abt v. Tuycom, van Park (blz. 136). — Te Mechelen, in het klooster Leliëndaal, twee ramen, geschonken door de abten van Park, V. d. Bergh en V. d. Linden (blz. 137). — Te Leuven, in de Sint-Carolus Borromaeuskapel, werd in 1638 een raam geplaatst, uitgevoerd door J. de Caumont, geschonken door abt Maes, van Park (blz. 138). — Abten van Park (V. d. Berghe en V. de Linden) schonken ramen aan de kerk van het Augustijnenklooster te Leuven. Ook het Refuge van de Abdij van Averbode te Leuven liet ramen vervaardigen door A. v. Diependale (blz. 139). — Te Leuven, in het Refuge van Park, stonden ramen van H. v. Scoenenberghe (tweede helft van vijftiende eeuw). Abt Engelen, van Park, schonk een raam aan het koor van het Recollectenklooster (blz. 140). — Hetzelfde deed abt V. d. Linden voor de O. L. V.-kapel van Buiten (blz. 141). In de kerk van het Klein-Begijnhof, waren het de abten Maes, van Park, en Ambrosi, van Averbode, die een raam schonken (blz. 141). — Alsook Abt Engelen voor het Pauscollege en het Groot Theologisch Seminarie te Leuven (blz. 142). — Einde vijftiende eeuw, schonk de abt van Sint-Michiels een kerkraam aan de Sint-Gummaruskerk te Lier (rechterzijbeuk) (blz. 145).

— Ook Abt Streyters, van Tongerlo, schonk een kleurraam aan dezelfde kerk (linkerkruisbeuk) (blz. 146). — Te Mechelen, in O. L. Vrouw over de Dijle, prijkt in het koor een raam geschonken door Abt V. de Linden, van Park (blz. 169). Abt Veltacker, van Tongerlo, en Mahieu, van Diligem, schonken een raam aan dezelfde kerk (blz. 169). — In de kerk van Ninove, werd in de eerste helft der zestiende eeuw een kleurraam geplaatst, door de burgemeester en de schepenen van Ninove, veroordeeld om in 1506-1507 de relikwieën van S. Cornelis en S. Cypriaan uit de abdij te hebben weggehaald, ze in processie door de stad gedragen te hebben en offers in ontvangst genomen te hebben te hunnen bate. — Voor de pastorij van Oostham, schonken Ambr. Aertnys, de rector van Averbode, de pastoors van Gruitrode, van Brustem, Kosen en Nijlen een raam in het jaar 1680 (blz. 180). — Aan het Dominikanenklooster van Hertoginnendal te Oudergem schonk abt V. d. Linden in 1568 een kleurraam, gemaakt door P. Boels (blz. 181). — Ook in de abdij van Park waren er verschillende gekleurde ramen, door befaamde kunstenaars gemaakt (blz. 182). — Aan de kerk van Sint-Joris-Winge had prelaat V. de Berghe een raam geschonken, met het portret van de schenker (blz. 188). — Ook van het oude Tongerlo zijn er twee gekleurde ramen uit de zestiende eeuw gekend (blz. 194). — Aan de abdij van Waasmunster schonk abt V. de Berghe een raam, Sint Jan te Patmos voorstellend (blz. 197). — Te Breda in het Sint-Catharinadal prijkte een raam geschonken door Prelaat V. Engelen en gemaakt door Gerard Boels, van Leuven (blz. 202). — Aan de Sint-Janskerk te Gouda schonk in 1561 prelaat Petrus van Suyzen, van Mariënweert, een raam, Jezus te midden van de Schriftgeleerden voorstellend (blz. 204).

In Deel II van hetzelfde werk worden nog enkele geschilderde ramen vermeld, die betrekking hebben op Praemonstratenzers. In het Karmelietenklooster te Antwerpen werd in de zestiende eeuw een raam geplaatst, geschonken door de Sint-Michielsabdij (blz. 31). — Aan hetzelfde klooster schonk abt Simeomo, in de zeventiende eeuw, nog een raam (blz. 34). — Aan de O. L. Vrouwkerk te Laken schonk abt Van Tuycom in 1692 een gekleurde raam (blz. 37). — Te Oostham werd in 1680 een geschilderde raam in de kerk geplaatst ; de schenkers ervan waren : Adr. Hermans, pastoor van Gruitrode, Hubertus Van Aken, pastoor van Brustem, Arn. Aertnys, prior van Averbode, Fulgentius Cleys, pastoor van Kozen en rector te Kortenbos, Joannes Van Meerbeeck, pastoor van Nijlen (blz. 64).

J. B. V.

*Ecclesiarum stillus.*

Prof. St. LEURS behandelt in *Eigen Schoon en de Brabander*, XXXV, 1952, 154-163, met de kennis hem eigen, *De Vorstelijke Heuvel van Koudenberg* te Brussel. Zo komt hij natuurlijk er toe te spreken over de Sint-Jacobskerk van die plaats. Deze kerk be-

schrijvend zoals ze, in hoog-gothische stijl, gebouwd werd in de vijftiende eeuw, trekt Prof Leurs er de aandacht op dat de toren van die kerk zich bevond in de oksel van koor en noordertransept. Deze zijtoren, aldus Schrijver, is in de Nederlanden iets zeldzaams. « Hij karakteriseert evenwel de gothische kerken der orde van Premonstreit, zo b. v. die van Sint-Michiels te Antwerpen, van Tongerlo, van Middelburg. Het is best mogelijk dat de Augustijner Kanunnikken (van Sint-Jacobs te Brussel) deze, voor een kloosterkerk trouwens praktische schikking, hier van de witheren hebben overgenomen » (blz. 157). J. B. V.

*Tongerloa.*

De abdij van Tongerlo bezit in haar kerk een prachtige kopie van het meesterstuk van da Vinci het « Laatste Avondmaal ». We herdachten in 1952, de vijfhonderdste verjaring van de geboorte van da Vinci. Hoogw. Heer Bauwens stelde te dier gelegenheid een zeer lezenswaardig overzicht op van de geschiedenis van het « Laatste Avondmaal », van het oorspronkelijk schilderij vertrekkend, om zich daarna hoofdzakelijk te bekommeren om de kopie die te Tongerlo bewonderd wordt. De waarde hiervan wordt goed en juist beklemtoond. Zie : *De « Restauratie » van Da Vinci's « Laatste Avondmaal » en de kopie te Tongerlo*, in *Wetenschappelijke Tijdingen*, XII, 1952, kol. 289-296. J. B. V.

Diebus 4-7 Augusti 1951 habitae fuerunt in abbatia Tongerloensi *Dies Musicae atque Culturae Organariae* dicatae. Variae allocutiones atque concentus musici hac occasione prolatae fuerunt. Anno 1952 caepta est publicatio periodici Culturae Organariae in regionibus Neerlandiae sub titulo : *De Praestant*. Secretarius Redactionis periodici illius est Titus TIMMERMAN, can. Tongerloensis. J. B. V.